Sieben und zwanzigster Jahresbericht

über das

Königliche Progymnasium

zu

Rössel

für das Schuljahr 1858 — 1859

vom

Director Dr. Lilienthal.

Voran geht eine Abhandlung: De genere quodam trajectionis apud scriptores Latinos. Von Lilienthal.

Rössel, 1859.

Druck von F. Kruttke.

Ordnung der Prüfung.

Dienstag, den 16. August,

Vormittags.

Sexta von 8—9.

Latein. Hr. Oberl. Friebe.
Naturbeschreibung. Hr. Hilfsl. Hohendorf.

Quinta von 9—10.

Latein. Hr. Gymnasiall. Oestreich.
Geschichte u. Geographie. Hr. Hilfsl. Weckerle.

Quarta von 10—11.

Latein. Hr. Religionsl. Austen.
Mathematik. Lilienthal.

Tertia von 11—12.

Religion. Hr. Religionsl. Austen.
Griechisch. Hr. Gymnasiall. Oestreich.

Nachmittags.

Secunda von 2—3½.

Latein. Hr. Oberl. Dr. Laws.
Hebräisch. Hr. Religionsl. Austen.
Deutsch. Lilienthal.

Schlußfeier.

Mittwoch, den 17. August,

Vormittags 9 Uhr.

Gesang. — Declamationsübungen. — Gesang. — Classification der Schüler und Entlassung der abgehenden Secundaner. — Abschiedsworte, gesprochen von Gustav Wiebe. — Schlußgesang.

Das neue Schuljahr beginnt den 22. September. Die Aufnahme neuer Schüler findet den 21. September Statt.

De genere quodam trajectionis apud scriptores Latinos.

Ex variis figurae grammaticae, quae vocatur trajectio sive hyperbaton, generibus ratio ea, qua inter substantivorum et attributorum genitivos substantivum vel quodcunque nomen ejus locum habet, ex quo illi apti sunt, interjicitur, a grammaticis scriptorumque interpretibus nondum satis videtur esse illustrata atque expedita. Certe aliquam causam habere mihi videor, si ad varia grammaticorum praecepta animum refero, inquirendi, quid sit certi in hac re, quaque constantia testimoniorum confirmetur. Quae autem in hac quaestione non ab omni parte certa videntur, partim in eo vertuntur, quo intendat, et unde profecta sit verborum transpositio, partim ad majorem minoremve usus ejus celebritatem pertinent. Kruegerus quidem, Ellendtius, Geistius, Zumptius, Feldbauschius, Grysarius (Theorie des latein. Stils 2. Aufl.), Gernhardus (De collocatione verborum et enunciationum in sermone Latino), alii de hac re nihil prorsus afferunt, nisi forte Zumptius (Latein. Gramm. 10. Aufl. §. 794, Anm. 2) nimis longam commemorans eandemque nullis rationibus probatam adjectivi a substantivo sejunctionem, qui sit poëtarum proprius usus, et Feldbauschius (Latein. Schulgramm §. 652) aut notiones inter se relatas, quum minoris dignitatis voce sejungantur, aut eam ipsam, quae interponatur, vocem gravius insigniri, statuens, hoc quoque genus, si modo de eo omnino cogitaverunt, leviter strictimque attingunt. Ramshornius (Latein. Gramm. 2. Aufl. §. 200, II, 6, b) nihil aliud nisi unum, quod huc spectat, exemplum profert aliis intermixtum, quo doceat, adjectivum a substantivo iis, quibus definiatur, verbis, ubi praestantiae causa sit, divelli licere. Neque aliter fere Weissenbornius (Latein. Schulgramm §. 492, Anm. 3) disputat. Madvigius (Latein. Sprachl. 3. Aufl. §§. 467, 474) se hinc expedit, quum voces, quae ad definiendum substantivum pertineant, quo magis efferantur, potissimum in rhetorica orationis forma ab eo interdum disjungi censet, idque suo poëtas facere arbitrio. Krebsius (Anleit. zum Lateinschreiben, 10. Aufl. §. 560) monet, ob eandem causam (cogitat autem de majore loquendi perspicuitate, quae eo efficiatur, quod, quae

interjecta sit vox, eam ad circumdata verba referri manifesto perspiciatur) vel inter substantivorum et adjectivorum genitivos substantivum, a quo illi pendeant, passim interponi. Ferd. Schultzius (Latein. Sprachl. 4. Aufl. §. 439, 3) illum verborum ordinem ait rarum esse et poëticum, aliquando vero in soluta quoque oratione reperiri. Kuehnerus (Schulgramm der latein. Sprache, 4. Aufl. §. 167, 6) contra scribit, voci regenti, quam dicunt, voces ex ea nexas circumdari crebro, eamque esse hujus positus rationem, ut, id quod sibi velit omne hyperbaton, verborum separatorum fere alterutrum, et id quidem prius, saepe vero utrumque gravius quoddam pondus habeat; atque illam eo saepe spectare sejunctionem, ut aut notio aliqua ex duabus conflata aut notiones proxime junctae in unam imaginem coëant (cf. Weissenborn. l. c. §. 489 Anm. 4). Bergerus quoque (Latein. Stilistik §. 131, 1, β) illum positum docet esse crebrum. Schmalfeldius (Erfahrungen auf dem Gebiete des Gymnasialwesens p. 189) illa intercisione, quam dicit, ad omnes fere tres voces animum converti conjicit. Koeneus (Ueber die Wortstellung) talem verborum ordinem poëtarum licentiae annumerat (p. 29), quo membrorum includentium vis augeatur (p. 104). Livium autem ait eo uti frequentius, rarius Ciceronem; atque eum valde esse aptum ad tollendum insuavem vocum similiter cadentium concursum (p. 105). Praeterea conferas, quae hoc de usu annotant Halmius ad Cic. Sest. 4, 9; Suepfleus ad Cic. Ep. select. p. 114; Nauckius ad Nep. Cim. 3, 4; Siebelis ad Nep. Epam. 9, 1; Wichertus in libro: „Die latein. Stillehre“ p. 432.

In hac igitur verborum trajectione frequentes admodum esse poëtas, nemo jam puer nescit, cui Ovidii metamorphoses inspicienti altero tanto plus exemplorum per inusitatam quam per rectam orationis formam positorum sub oculos ceciderit; idemque genus a Virgilio et Horatio abunde celebratum esse inveniet, quanquam hi insolenti verborum structura quam usitata paulo minus delectati sunt. Verum si ad Nepotis, Caesaris, magis etiam Ciceronis, ac maxime quidem Livii opera, quippe qui in singulis libris, uno excepto 43 non integro, hyperbato semel undeviciesve utatur, animum attenderit, non multae operae erit scire, hanc verborum collocationem nimis angustis finibus non esse circumscriptam, et a soluta quoque oratione, etsi trita sermone et consuetudine quotidiana non sit, minime tamen esse absonam. Quare is substantivi regentis inter genitivos ex eo aptos interponendi usus quorsum spectet, quoque ex fonte fluat, fieri non poterit, quin quærat.

Ac primum quidem non est infitiandum, ejusmodi orationis formam

passim valere aut ad utrumque genitivum aut ad alterutrum eorum insigniore aliqua vi efferendum; id quod post alios Goerenzius recte sensit ad Cic. Catil. 4, 6, 13: „hujus avus Lentuli." Similiter, opinor, intelligendum est, quod legimus apud Ciceronem Off. 2, 7, 23: „reliquorum similis exitus tyrannorum," quia „reliquorum" oppositum est „uni," Caesari dico, cujus proxime mentio facta erat; et apud eundem Fin. 4, 8, 19: „de totius arte vitae," cujus in antithesi sunt verba: „an, quum omnium artium finis is esset." Eademque ratio perspicua est in: Philipp. 14, 11, 31: „Magna et incredibilia sunt in rempublicam hujus merita legionis. Haec se prima latrocinio abrupit Antonii;" Sest. 38, 81: „Cujus igitur mortem...... de ejus virtute vivi;" Planc. 37, 70: „quae (tela), si viginti quiessem dies, in aliorum vigiliam consulum recidissent" (de codicum dissensu tacetur; quod igitur Georgesius (Latein-Deutsch. Lexicon v. recido) verbis Germanicis: „in eine Zeit hineinfallen" hanc ascripsit locutionem: „in aliorum consulum vigiliam," verborum hunc ordinem de suo attulerit erraveritne in exscribendo, nescio); Fin. 2, 3, 7: „illi non suo, sed populorum suffragio omnium." Apud Caesarem b. G. 2, 29 verba: „et ad id, quod ab alio audiret, sui aliquid timoris addebat" comparentur cum iis, quae praecedunt: „ad id, quod ab alio audierat." Atque etiam quae sunt in orat. pro Cluent. 69, 195 hyperbata: „hujus importunitatem matris...... hujus exspectatio judicii" haud difficulter ex praevalenti „hujus" pronomine intelliguntur. Quo simili modo ascensum quendam orationis significari in Caesaris b. G. 6, 17: „omnium inventorem artium," ex pronomine „hunc" ter repetito, quod affectui augendo inservit, apparet. Gravitatem orationis quis non videt inesse in Hirtii b. G. 8, prooem.: „horum elegantia commentariorum?" Ex Livio paucos, quos in hoc genere pono, locos e. g. hic commemorabo: 1, 15: „justi more belli," quod oppositum est verbis: „populabundi magis quam;" ib.: „viribus nulla arte adjutis, tantum veterani robore exercitus rex Romanus vicit;" 1, 45: „ex omnium cura Latinorum," quod contrarium est voci „uni;" 4, 10: „armati gloriam collegae" propter antecedens „armatus." Eodem modo accipiendum 8, 32: „ad voluntatis interpretationem meae" et, quod subjicitur: „dirigenda tua sententia fuerit;" 9, 18: "unius tamen ea magnitudo hominis erit" et „Quantalibet magnitudo;" 27, 9: „magnarum momenta rerum" et „ex parvis;" 30, 40: „belli finem alterius" et, quod sequitur, „alterius;" 33, 32: „omnium aliarum sensum voluptatum" et „unum gaudium." Itaque quum praeter haec unum et alterum exemplum eidem sine dubio rationi subjici debeat, totum tamen genus e communi

1*

illo fonte non recte derivabitur, quoniam causa orationis extollendae, id quod praecipue hyperbato significari putant, longe plurimis locis nulla omnino est. Non solum cogito de Liviano illo 29, 46 „hujus principio anni," quod fortiore quadam quasi voculatione prorsus caret, similibusque locis, sed de multis etiam aliis, velut: Cic. De. div. 1, 18, 13 „ut earum rationem rerum;" Rep. 1, 26, 42: „quare quum penes unum est omnium summa rerum;" Caes. b. c. 3, 25: „quantoque ejus amplius processerat temporis," Liv. 1, 38: „cujus exordium operis;" 3, 1: „totius invidiam rei;" ib. 16: „per aliorum quietem malorum;" ib. 24: „multorumque tabe mensium;" 4, 44: „in trium gratiam tribunorum;" 7, 22: „utriusque pertinacia populi." Dicet aliquis: Hi quoque loci ejusmodi sunt, ex quibus voculatio quaedam singularis extundi interpretando possit. Fateor, siquidem tales res sic saepe comparatae sunt, ut sentiri magis quam demonstrari queant; sed quid tandem est, quod differat inter: Cic. Fin. 1, 11, 38: „omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem" (quae altera hic est scriptura „omni," ea ut perspicue mendosa condemnatur) et ib. 37: „doloris omnis privatio recte nominata est voluptas" (ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις Epic.)? inter Caes. b. c. 3, 35: „veteris homo potentiae" et, quod paulo post sequitur: „summae nobilitatis adolescens?" Quodsi apud Livium 1, 22 Tullii verba sollennia, quibus legatos Albanos affatur, occasionem praebebant utendi hyperbati: „omnes hujusce clades belli," quidni eundem verborum ordinem jure exspectemus in 1, 23, ubi, eadem trajectionis causa, tamen codices scriptum exhibent hoc: „causam hujusce esse belli?" Prorsus similiter habet, quod legimus 1, 34: „bonorum omnium haeres," et quod ab eo prope abest: „omnium haeredi bonorum." An vero putas, in Livianis verbis 6, 20: „ab tanti memoria decoris" plus inesse ponderis, quam in iis, quae leguntur ib. 28: „monumentum tantae cladis?" Similes locos hos apud eundem conferas: 9, 18 „unius tamen ea magnitudo hominis" et „unius hominis res gestas;" 24, 2: „tradendaeque auctorem urbis" et „auctor urbis tradendae;" 25, 5 „Cannensis reliquiae cladis" et ib. 6: „ex reliquiis cladis ejus;" 30, epit. „victae a se nomine gentis" et ib. 45: „nomine victae ab se gentis;" 36, 25: „propinquae clade urbis" et 38, 4: „ab nomine propinquae urbis." Extremum illud est, ut qaeramus, quid fuerit impedimenti, quominus trajectione adornarentur verba illa splendidius quodammodo facta in Ciceronis orat. pro Dom. 57, 144: „totius urbis incendio" aliaque ut: Liv. 2, 49: „unius familiae viribus;" 7, 28: „factum populi unius, consilium omnis nominis Latini." Trajectio autem,

de qua agitur, tum mihi vehementer atque suaviter ad aures videtur accidere, quum aut similium aut contrariorum sententiae membrorum modo in primo modo in ultimo in mediove adhibita est; documento sunt: Cic. Sest. 5, 13: „non pressa leviter ad exigui praedicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius provinciae sempiternam;“ Verr. 3, 72, 168: „Vettius......, tuae frater uxoris Vettius, frater tui quaestoris;“ Mil. 29, 80: „vos tanti conservatorem populi, tanti sceleris ultorem;“ Philipp. 14, 3, 7: „quae sunt urbanarum maledicta litium, non inustae belli interni notae;“ De or. 3, 16, 60: „omnium eruditorum testimonio totiusque judicio Graeciae;“ Ac. pr. 2, 26: „quasi vero clarorum virorum aut tacitos congressus esse oportet, aut ludicros sermones, aut rerum colloquia leviorum;“ Legg. 1, 17, 47: „imitatrix boni, voluptas, malorum autem mater omnium;“ Liv. I, 28: „Metius ille est ductor itineris hujus, Metius idem hujus machinator belli, Metius foederis Romani Albanique ruptor;“ 9, 27: „Earum fama rerum, magis tamen spes Campanae defectionis;“ 31, 49: „praesentis gratia praetoris, absentis consulis majestas.“ Neque tamen eam rationem omnibus locis reperiri, colligere licet ex his et aliquot aliis: Cic. Verr. 5, 58, 152: „vetus proditor consulis, translator quaesturae, aversor pecuniae publicae;“ Liv. 7, 28: „factum populi unius, consilium omnis nominis Latini.“

Ac sonum quidem, qui dicitur, quem, quia talia non nostrarum aurium judicio ponderanda sunt, vereor ne nimis sedulo servatum velint grammatici, maxime in vocibus in syllabas „orum“ desinentibus verborum trajectio fortasse putatur tueri; exempla haec sunto: „reliquorum similes exitus tyrannorum“ Cic. Off. 2, 7, 23; „per aliorum quietem malorum“ Liv. 3, 16; cf. Cic. Tusc. 1, 21, 48; De or. 3, 37, 150 et 151; Att. 6, 2, 5; Verr. 2, 3, 7; 3, 80, 186; 4, 49, 107, Man. 7, 17; Cluent. 71, 201; Philipp. 11, 5, 12; Liv. 23, 22; 31, 18; 32, 26; 38, 23; 39, 1 et 8; 42, 51. Num igitur minus suaviter sonare censes verba: „eorum autem castrorum imperatorem,“ quam quae leguntur: „eorum autem imperatorem castrorum“ Cic. Catil. 1, 2, 5? At haec ut sit recta ratio, quid est, quod scripserit, quae vitare potuit, et Cicero De or. 2, 37, 156: „opinionem istorum studiorum;“ ib. 85, 346: „laus eorum factorum;“ 3, 43, 170: „omnis singulorum verborum virtus;“ Cluent. 65, 182: „ceterorum honestissimorum virorum sententia;“ Fam. 8, 7; „de miseriis meorum necessariorum;“ Cat. m. 45: „ipsorum conviviorum delectationem;“ et Auctor ad Her. 3, 23, 38: „multorum verborum imagines;“ et Li-

vius 1, 54: „sensus malorum publicorum“ multaque similia? Idem fere in ceteras syllabas earundem literarum valere facile concedes. Ceterum voces similiter cadentes neque Cicero neque Livius usquam tanto opere aspernatus est, ut hyperbaton similium terminationum excusatione omnino fulciri possit.

Postremo quum voces grammatica structura inter se copulatae non raro divellantur, ut aliae notiones arctius jungendae in unum contrahantur (ut: Cic. Cat. m. 22, 80: „clarorum virorum post mortem honores“ „berühmter Männer Nachruhm“), tum in explicanda tamen trajectione ea, qua de agitur, huic argumento locus non est; neque enim id, quo alterum definitur, sed id, a quo alterum pendet, medium interpositum est (ut: Cic. Verr. 3, 71, 168, tuae frater uxoris „Schwager“). Contra nonnulli bini ejus generis genitivi in unam significationis compagem coalescunt, velut Cic. Legg. 2, 4, 9; „ad sermonis morem usitati (Umgangssprache); Liv. 21, 27: „ad excipiendum adversi impetum fluminis“ (Gegenströmung).

Fac igitur, hanc trajectionem, id quod ego quidem multum abest ut respuam, spectare etiam aut ad genitivum alterutrum sive utrumque intendendum aut ad sonum aut, quod addiderim, ad numerum, quos dicunt, servandos, id quidem nihilo minus ita concedendum est, ut, quum singuli loci singillatim sub ejusmodi cadant rationem, magnam partem sine propria ulla causa delectum hyperbaton esse dicatur. Itaque lectiones quaedam quum habeant hyperbaton, nisi alia obnituntur, ob eam causam ceteris posthaberi nec possunt nec debent, ut: Cic. De or. 1, 45, 199; Inv. 2, 29, 86; N. D. 14, 36; Fam. 6, 12; Mil. 15, 39; Verr. 1, 42, 110; 3, 1, 3; 5, 15, 39; 43, 111; (ubi tamen Orellius, non dissentientibus, ut videntur, libris „falso“ edidit); Cael. 31, 74; Auct. ad Her. 3, 4, 7. Quapropter quae passim reperitur falsa interpretatio loci apertissimi Cic. Tusc. 2, 6, 15 „de imbecillitate multorum et de variis disciplinis philosophorum“ „über die Schwäche vieler Philosophen und ihre verschiedenen Systeme“ pro „über die Schwäche vieler, und zwar verschiedenen Systemen zugehöriger Philosophen“ per hyperbaton ferri poterat, nisi repugnaret sententiae. In oratione autem pro Flacco 15, 34 paene adducor, ut Ciceronem scripsisse credam: „de totius communi Asiae crimine,“ quam lectionem corrector aliquis, cui ejusmodi verborum distributio fraudi esset, sicut facile erat efficere, ita mutare non dubitavit: „de totius communis Asiae crimine,“ prava sententia.

Iam vero qua ab origine haec orationis figura trahenda sit, quum quaeras, hypallagen illam, quae in Ovidii metamorphosibus 2, 274: „in opacae viscera matris" (h. e. in opaca viscera matris) aliisque aliquot poëtarum locis est, si quis sumpserit, ea vero nulla est; quamvis enim, ut exemplum afferam, Heusingerum dicamus Livianum illud 1, 7 „manifestae reum caedis" Germanice vertisse recte: „den offenbaren Mörder," tamen notionem quoque attributi „manifestae" ad genitivum „caedis", non ad „reum" pertinere, certum est. Aliis autem locis, nisi forte excipies Livii verba 5, 39 „ignotae situm urbis" (cf. Tacit. Hist. 3, 20: „ignotae situs urbis"), tale aliquid non legitur. Atque adjectivum positum per hypallagen ceteroquin frequentatam (ut: Liv. 1, 1: „ad majora rerum initia") ad regens fere spectat nomen, non ad alterum ex eo aptum. Quo eodem modo ex nostri sermonis consuetudine fit in perpaucis quibusdam aut poëtarum libertati vindicandis aut usu loquendi servatis exemplis; ex quibus sunt: „den besten Becher Weins;" „der Lieder süßen Mund;" „ein gutes (non „rothes" vel „weißes") Glas Wein."

Sed equidem propiorem quandam haec explicandi viam quaerens, et quae ab ipsa natura sermonis proficiscatur, eam, de qua adhuc disputavimus, trajectionem ejusmodi esse judicem, ut origo ejus repetenda ex appositionis figura esse videatur; qualem orationis formam nos si non omnino, at nonnihil assequimur, sic dicentes, „Des Königs Gruft, des alten." In his enim adjectivum additum per meram appositionem est, apud Latinos in illa structura raro abjunctum et per se positum, potiusqne substantivo attributum est. Qui usus maxime defenditur his locis similibusque: „Ciceronum causa puerorum" Cic. Fam. 2, 17, 1; „Dianae simulacrum virginis", Verr. 4, 38, 83, „supplicatio Cinnae nulla victoris", Philipp. 14, 8, 23; ubi apposita (liceat grammaticorum more loqui) sunt attributorum instar, sicut in Horatii verbis: „atavis edite regibus." Quibus proximi accedunt tales: „At neque illius Crassi fratrem superioris", Cic. Scaur. 2, 2; „ Pamphili gener illius", Verr. 4, 16, 35; „P. Scipionis memoriam mortui", ib 36, 80; „P. Africani ejusmodi fortunam esse mortui", ib 37, 81; „sui ratio absentis", Caes. b. c. 1, 32; „C. Flaminii honoris causa ipsius patrisque", Liv. 32, 42. Ne illud quidem ab hac genitivorum relatione segregari debet, quod in Livii historiarum libro 31, 49: „præsentis gratia prætoris" aliisque compluribus locis et Ciceronianis et Livianis reperitur, quoniam Latini sermonis rationi atque usui consentaneum est, id, quod per appositionem annexum sit nomini, locum tenere aliquoties priorem. Ab eo

autem, quod laxius appositum sit, in id, quod arctius attribuatur, sensim facillimeque transiri, ita ut paulum oppido inter se differant, ne minimum quidem a Latinae linguae analogia abhorret (cf. Ellendt. Latein. Schulgramm. 3. Aufl. §. 184 Anm. 1); et nullo, quod animadverterim, discrimine „hujus principio anni“ et „principio ejus anni“ similiaque dicta esse, verborumque ordinem in his in promiscuo haberi, certe nemo est, qui neget.

Ad postremum quod sunt, qui in oratorio dicendi genere hunc usum praecipue adamari statuant, id non ex Liviano quidem more est, cujus in opere vix decima pars in orationibus reperiatur. At enim hic aliis quoque, quae plus habent licentiae, non abstinuit. At Cicero, qui in epistolis hac utique sermonis forma rarissime usus est, in Verrinis et Philippicis eam non magis frequentavit, quam in libris de oratore. Atqui orationes aliquot (Cluent., Catil., Flacc., Sest.) si comparantur cum iis libris, qui sunt de philosophia, ejusmodi genitivorum distractionem saepius habent, sed aliae et eaedem longiores (Leg. agr., Dom.) ea prorsus carent, quum ab illis scriptis haud pluribus absit hyperbaton. Quamobrem quod de tali praecipitur usu, ad incerta debet revocari.

Aliud contra, ipso usu viam monstrante, nescio, an non casu factum sit, quod in multo pluribus locis (nam duae fere tertiae partes sunt) pronomina, pronominalia, numeralia et quae ad eorum similitudinem accedant adjectiva reperiantur; quanquam, quum praeter ea et adjectiva et participia cujusvis generis omnino non desiderentur, nihil inde temere concluserim. Jam exempla, quae quidem apud Livium, Ciceronem, Caesarem, Nepotem, Justinum (Sallustii enim in toto opere unus hujusmodi locus est: Catil. 51 „Sed ea res magnae initium cladis fuit“) sparsa reperi, haec sunt: hic: Cic. Inv. 1, 3, 3, De or. 3, 8, 29; Ac. pr. 2, 5, 13; Catil. 4, 2, 3; 6, 13; Man. 1, 1; 13, 36; Cluent. 69, 195 (bis); Philipp. 2, 38, 97; 14, 11, 31; Cael. 31, 74; Caes. b. G. 7, 76; Hirt. b. G. 8, praef.; Liv. 1, 22; 28; 55; 7, 42; 10, 45; 25, 8; 26, 11; 42; 32, 25; 37, 43; 39, 28; 46; 40, 5; 37. is: Cic. Inv. 2, 29, 86; De div. 1, 8, 13; Catil. 1, 2, 5; Verr. 1, 38, 98; 4, 49, 107; Cluent. 66, 186; Auct. ad Her. 3, 1, 1; Caes. b. c. 3, 25; Nep. Cim. 3, 4; Liv. 1, 10; 56; 9, 27; 23, 15; 31, 18. ille: Cic. Verr. 4, 16, 35; Cluent. 49, 137. iste: Cic. Flacc. 28, 69; Marc. 2, 7. idem: Cic. Off. 3, 33, 116; Tusc. 4, 3, 7; Liv. 5, 49; 31, 44. ipse: Cic. Att. 6, 2, 5; Caes. b. c. 1, 2;

Liv. 5, 5; 23, 22; 33, 42; 34, 38; 38, 54. qui: Cic. Fam. 6, 7, 1; Verr. 1, 60, 156; Auct. ad Her. 4, 15, 22; Auct. b. Alex. 43; b. Afr. 66; Liv. 2. 14; 3, 30; 4, 53; 61; 5, 47; 6, 18; 35; 8, 19; 21, 49; 27, 19; 29, 18; 38, 24; 40; 42, 21. meus: Cic. Q. fr. 1, 2, 2; Planc. 42, 102; Verr. 5, 69, 177; Liv. 8, 32. tuus: Cic. Catil. 1, 3, 7; Verr. 3, 16, 41; 72, 168; Mur. 38, 82. suus: Cic. De or. 1, 57, 244; Legg. 3, 10, 23; Arch. p. 11, 27; Cæs. b. c. 2, 29; Nep. Ep. 7, 1; Liv. 2, 61; 9, 17; 23, 15. vester: Cic. Verr. 5, 72, 188; Post red. (Quir.) 2, 5. quisquam: Cic. Fam. 5, 13, 4. quisque: Cic. Fin. 5, 24, 69. uterque: Cic. Cluent. 51, 141; Liv. 4, 17; 7, 22. alter: Liv. 30, 40; 44, 5. ullus: Cic. N. D. 3, 2, 5. Rosc. Am. 44, 128; Liv. 27, 45; 36, 21. nullus: Cic. Verr. 2, 27, 66; Philipp. 14, 10, 27; Liv. 30, 14. nullus alter: Justin. 6, 4. alius: Cic. Planc. 37, 90; Liv. 3, 6; 7, 2. tantus: Cic. Mil. 29, 80; Liv. 1, 4; 12; 2, 18; 3, 35; 6, 20; 7, 11; 35, 35; 37, 37. quantuscunque: Liv. 32, 5. totus: Cic. Fin. 2, 12, 38; 4, 8, 19; Inv. 2, 12, 38; De or. 3, 16, 60; Rep. 2, 37, 63; Cluent. 67, 191; Mur. 15, 33; Auct. ad Her. 3, 4, 7; 12, 22; Justin. praef.; Liv. 3, 1; 7, 11; 33, 28; 35, 35; 39, 51. ceteri: Cic. De or. 1, 27, 124; Liv. 21, 7. reliqui: Cic. Off. 2, 7, 23; Philipp. 11, 5, 12. nonnulli: Cic. Tusc. 1, 21, 48. pauci: Cic. Verr. 3, 80, 186. exiguus: Cic. Sest. 5, 13. multus: Cic. Orat. 36, 126; Dejot. 12, 33; Man. 7, 17; Cluent. 71, 201; Corn. B. 12, 306; Liv. 3, 24. magnus: Caes. b. c. 3, 22; Sall. Catil. 51; Liv. 27, 9; 29, 1. multus magnusque: Cic. Ac. post. 1, 6, 23; maximus: Cic. Brut. 7, 25; Fam. 7, 33, 2; Cael. 5, 12. universus: Cic. Sest. 58, 124; 59, 125; Liv. 1, 38. omnis: Cic. Fin. 1, 11, 38; 2, 3, 7; Tusc. 1, 26, 64; De or. 3, 6, 21; Legg. 1, 17, 47; Rep. 1, 26, 42; Off. 3, 6, 28; N. D. 14, 36; Verr. 3, 1, 3; 5, 3, 7; Sul. 10, 29; Mil. 15, 39; Marc. 8, 25; Caes. b. G. 6, 17; Liv. 1, 21; 34; 45; 21, 21; 22, 3; 29, 25. omnis alius: Liv. 33, 32. unus: Cic. Legg. 1, 23, 61; Catil. 1, 12, 29; Verr. 1, 42, 110; Nep. Ep. 9, 1; Justin. 6, 1; Liv. 6, 19; 8, 13; 9, 18; 32, 17; 38, 34. duo: Liv. 27, 8; 32, 26. tres: Liv. 4, 44. triginta: Cic. Tusc. 1, 40, 96. milia et ducenti: Liv. 10, 36. singuli: Cic. De or. 3, 52, 199. decimus: Liv. 5, 23. hexameter: Cic. Orat. 66, 222. mons: Liv. 44, 6. puer: Cic. Fam. 2, 17, 1. virgo: Cic. Verr. 4, 38, 83. victor: Cic. Philipp. 14, 8, 23. bonus: Cic. De or. 3, 37, 151; Verr. 5, 1, 2. melior: Cic. Tusc. 4, 8, 18. optimus: Cic. Philipp. 2, 27, 66. minor: Liv. 28, 28; 36, 43. minimus: Cic. Philipp. 3, 1, 2. superior:

Cic. De or. 1, 7, 27; Off. 1, 33, 121; Scaur. 2, 2; Nep. Thras. 3, 1. summus: Caes. b. G. 7, 22. prior: Liv. 3, 31. certior: Liv. 6, 29. levior: Cic. Ac. pr. 2, 2, 6. impurissimus: Cic. Har. resp. 22, 46. crudelissimus: Cic. Philipp. 14, 13, 25. clarissimus: Cic. Off. 1, 22, 75. ignotus: Liv. 5, 39. alienus: Liv 39, 5. ignotissimus et alienissimus: Cic. Font. (2, 3.). ingens: Liv. 5, 5; 29, 26. eximius: Liv. 44, 28. Italicus: Cic. Verr. 5, 15, 39. Istricus: Liv. 41, 11. Cannensis: Liv. 25, 5. Judaicus: Cic. Flacc. 28, 66. Praenestinus: Liv. 6, 27. Barcinus: Liv. 30, 7. Volscus: Liv. 6, 17. Albanus: Liv. 1, 23. falsus: Cic. Verr. 5, 43, 111; Auct. ad Her. 4, 50, 63. sempiternus: Cic. Post red. (Sen.) 11, 27. immortalis: Cic. Verr. 2, 51, 126. veteranus: Liv. 1, 15; 22, 2. publicus: Liv 10, 46. forensis: Cic. De or. 1, 45, 199. novus: Cic. Fin. 3, 4, 15; Liv. 1, 2. vetus: Cic. Verr. 3, 35, 82; Caes. b. c. 3, 35; Liv. 27, 27. privatus: Liv. 3, 27. tenuis: Cic. De or. 2, 48, 198. manipularis: Liv. 7, 34. patricius: Liv. 7, 39; 8, 18. civilis: Liv. 9, 19. captivus: Liv. 9, 43. vivus: Cic. Sest. 38, 81. equestris: Liv. 22, 47 (bis) semirutus: Liv. 5, 49. mediocris: Cic. Brut. 25, 94. adversus: Liv. 21, 27. propinquus: Liv. 36, 25. proprius: Cic. De or. 3, 37, 150. regius: Nep. Dat. 5, 3; Liv. 40, 5; 54; 42, 51; 45, 43. fucatus: Cic. Orat. 23, 79. urbanus: Cic. Philipp. 14, 3, 7. usitatus: Cic. Legg. 2, 4, 9. vetustus: Liv. 1, 1. manifestus: Liv. 1, 7. humanus: Cic. Fin. 2, 33, 110. insanus: Cic. Verr. 3, 10, 25. justus: Liv. 1, 15. divinus: Liv. 1, 42. fortis: Justin. 14, 6. deformis: Cic. De or. 3, 41, 164. recens: Liv. 23, 36. similis: Liv. 27, 7. occultus: Liv. 10, 41. occultus et nocturnus: Liv. 39, 8. praesens: Cic. Fam. 13, 79; Liv. 1, 42; 5, 5; 31, 49. absens: Cic. Quin. 23, 73; Caes. b. c. 1, 32. furens: Cic. Philipp. 11, 3, 7. adveniens: Liv. 7, 10. intelligens: Cic. N. D. 1, 10, 23. imminens: Liv. 26, 14. incumbens: Liv. 30, 34. natans: Liv. 42, 61. appropinquans: Liv. 44, 28. tum crescens, tum senescens: Cic. N. D. 2, 37, 95. futurus: Liv. 28, 2. mortuus: Cic. Verr. 4, 36, 80; 37, 81; Pis. 7, 16. perditus: Cic. Sest. 39, 85. perdomitus: Justin. 39, 5. peremtus: Justin. 27, 1. advocatus: Cic. Rep. 6, 7, 16. armatus: Liv. 4, 10; 34, 56; 42, 51. victus: Liv. 30, epit. pileatus: Liv. 33, 23. confictus: Liv. 40, 13. captus: Liv. 9, 28. sumendus: Auct. ad. Her. 4, 45, 59. tradendus: Liv. 24, 2. gerendus: Liv. 22, 26. tuendus: Liv. 45, 8. conveniendus: Liv. 40, 8.

Quamvis igitur oratio soluta modica fuerit in hoc usu, etiam magis modica (testis est Cicero in epistolis) vita communis, hic tamen mos, qui non infrequenti exemplo apud Ciceronem etiam, non modo apud Livium, inveniatur, qui rarior possit in ipsa oratione dici, vix videndum est. Saltem neque librarii tam eum diligenter tollendum curare debuerunt, et grammaticis monendum tantummodo erat, ut modice ascisceretur, quum praesertim aliae quaedam sint haud ita frequentatae orationis formae, quae tanquam usitatissimae fuerint et in vulgus pervulgatae, illi disserunt; quo fit, ut, qui nostra aetate Latine scribant tirones, iis ipsis usi locutionibus, illius se linguae peritos praestare nonnunquam gestiant. Velut structuram eam, qua impersonaliter ponitur „tantum abest, ut —, ut —," Ferd. Schultzius (l. c §. 399, Anm. 3), Weissenbornius (l. c. §. 408), magis etiam Kuehnerus (l. c. §. 142, Anm. 13), maxime vero Krebsius (l. c. §. 456) saepe esse usurpatam volunt. Atqui exemplis, quae a Livio et Cicerone (apud Nepotem, Caesarem, Sallustium, Justinum nullum unum id genus locum legere memini) sumpserunt et grammatici et lexicographi, alia perpauca vel diligentissime conquirendo addi possunt. Namque apud Livium, qui ejus loco saepius „adeo non —, ut" — dicit, reperiuntur haec: 6, 15; 31; 22, 5; 25, 6; 26, 26; 39, 28; et, praecedente sententia primaria, unum hoc: 26, 31. Cicero autem, qui pro eo uti maxime solet „non modo non —, sed etiam —, illud nisi in: Orat. 29, 104; 68, 299; Tusc. 1, 31, 76; 2, 2, 4; 5, 2, 6; Lael. 14, 51; Ac. pr 2, 9, 28; N. D. 2, 63, 158; Att. 7, 3, 6; 15, 5, 2; Fam. 11, 10, 5; 12, 15, 2; Philipp. 10, 8, 17; 11, 14, 36; praecedente sententia primaria, in: Att. 6, 21. ea subsequente, in: Brut. 80, 278; Fin. 2, 17, 54; 5, 20, 57; Att. 13, 21, 5 non habet. Atque etiam quod Naegelsbachius (Latein. Stilistik. 3. Aufl. p. 416) ad eam legem, qua, quae superponatur sententia, inter alteram, quae reapse vereque subjiciatur, media interponatur, dictionem quoque „tantum abest, ut —" saepe accommodatam esse putat, ex iis certe exemplis, in quibus duplex „ut" conjunctio est, quippe quum pauca admodum reperiantur, minime multa huc advocari possunt; et sunt eorum, quae modo protulimus, non plus decem illa lege conformata.

His, in quae inquirere institueramus, jam perfuncti, quum alia nonnulla sint hujus usus propria et priva, de iis breviter disseremus.

Primum igitur quum nomini regenti annexum est attributum, verborum positus ea interdum condicione decussatus est, ut aut, substantivo inter

genitivos interjecto, attributo extra verborum complexum sedes assignata sit, aut, quod rarius factum est, contra, inverso substantivi et adjectivi ordine; ex quo numero sunt: „Omnis illa superioris tristitia sermonis," Cic. De or. 1, 7, 27; „supplicatio Cinnae nulla victoris," Philipp. 14, 8, 23.

Deinde quum bina nomina regentia juncta sunt, utrumque medium collocari, cernitur ex his locis atque aliis: „Audaciae satellitem atque administrum suae," Cic. Catil. 1, 3, 7; „ejusdem fere adjutor auctorque sententiae," Off. 3, 33, 116. Seorsum positum eorum alterum habemus, idque partitione facta particulis disjunctivis, tantummodo in: Cic. Fam. 5, 13, 4: „ab animo cujusquam aut consilio hominis" et Cluent. 66, 186: „neque earum auctorem literarum neque obsignatorem."

Tum praepositio, ex qua nomen interjectum pendet, priorem genitivum omnibus paene locis antecedit; hujusmodi hi loci sunt et alii multi: „de totius arte vitae," Cic. Fin. 4, 8, 19; „ad sermonis morem usitati," Legg. 2, 4, 9. Media interposita raro, nec tamen nunquam reperitur praepositio, quemadmodum est: „hujus in ostio sinus," Liv. 26, 42.

Postremo binis, qui dirempti sunt, genitivis aliquoties includuntur una cum nomine non solum particulae, ut: „quidem, autem, enim, jam, quoque" et aliae voces singulae, sed etiam vel tota enunciatio vel ejus pars aliqua, velut: „totius denique hujus ab illa est et inventa et advocata comparatio criminis," Cic. Cluent. 67, 191; „omnium denique in illum odia civium ardebant," Mil. 15, 39.

Lilienthal.

Schulnachrichten.

I. Lehrverfassung.

Secunda.

Ordinarius: Hr. Oberlehrer Dr. Laws.

Latein. Livius, X. u. XXI. bis 34 incl. (aus X. 8 Cap memor.); als Privatlect. Sallust, b. J. 60—114 incl.; die Lehre vom Satzbau und Wiederhol. der Syntax; zu stil. Uebungen Süpfle's Aufg. für obere Classen; alle 8 Tage ein Exercit.; Extemporal.; Probearbeiten; in II. A. zwei freie Aufsätze; 8 St. Hr. Oberl. Dr. Laws. — Virgil, Aen. V. u. VI. bis 800 (aus VI. von 425—530 memor.); 2 St. Derselbe. — **Griechisch.** Xenophon, Anab. III. und IV. bis 4 incl; Wiederhol. der Formenlehre; aus der Syntax die Lehre von den Casus, von der Construct. mit dem Partic. u. von den Partik.; alle 14 Tage ein Exercit.; Probearbeiten; 4 St. Derselbe.— Homer, Od. III. u. XIII. bis XVIII.; davon XVII. u. XVIII. als Privatlect. (aus XIII. 1—100 memor.); 2 St. Derselbe. — **Deutsch.** Uebersicht der Literaturgesch. In der Classe wurden gelesen ep u. lyr. Gedichte u. pros. Stücke; daran geschlossen das Hauptsächlichste aus der Poetik, Rhythmik u. Rhetorik; Uebungen im Disponiren; alle 4 Wochen ein Aufsatz; 2 St. Lilienthal — **Französisch.** Les aventures de Télémaque l. 4, 5, 6; Plötz Lehrbuch Curs II. 4, 5, 6; alle 14 Tage ein Exercit.; 2 St. Hr Gymnasiall. Oestreich. — **Hebräisch.** Gesenius, Lesebuch, I. 7, a—d; das Wichtigste aus der Elementar- u. Formenlehre; 2 St. Hr. Religionsl. Austen. — **Religion.** Die letzten Dinge des Menschen; das Wichtigste aus der Gesch. der Kirchenväter u. Kirchenschriftsteller der ersten Jahrh. u. aus der Gesch. der allgem. Concilien; Wiederhol. aus der Glaubens- u. Sittenlehre; 2 St. Derselbe. — **Geschichte u. Geographie.** Röm. Gesch. bis zum Untergange des weström. Reiches; Wiederhol. der deutsch., preuß. u. griech. Geschichte; die Geographie des alten Italiens u. der jetzigen Staaten Europas; 3 St. Hr. Gymnasiall. Oestreich. —

Mathematik. Trigonometrie u. Stereometrie bis zum körperl. Dreiecke; Logarithmen; Zinszins- u. Rentenrechnung; Wiederholungen; alle 8—14 Tage eine schriftliche Arbeit; 4 St. Lilienthal. — **Physik.** Die allgem. Eigenschaften; Lehre von der Luft u. von der Wärme; Wiederholungen; 1 St. Derselbe.

Tertia.

Ordinarius: Hr. Oberlehrer Friebe.

Latein. Caesar, b. G. III, IV., V. (aus III. 8 Cap., aus IV. 3 Cap. memor.); die Lehre von der Bedeutung u. dem Gebrauche der Temp. bis zum Infinit.; Wiederhol. der Formen- u. Casuslehre; die entsprech. Uebungen aus August von 19 bis 28; alle 8 Tage ein Exercit.; Extemporal.; Probearbeiten; 8 St. Hr. Oberl. Friebe. — Ovid (Nadermann.) XI., 410 bis XV. (aus XI. 410—543 memor.); Prosodie u. die Lehre vom Hexameter; 2 St. Derselbe. — **Griechisch.** Jacob's Lesebuch, Curs. II. A Anekdoten u. B. Naturgesch.; die unregelm. Conjugation; Wiederhol. der regelm. Formenlehre, entsprech. Uebungen aus Rost u. Wüstemann; alle 14 Tage ein Exercit.; 4 St. Hr. Gymnasiall. Oestreich. — Homer, Od. III. u. IV. bis 305 (aus III. 1—100 memor.); 2 St. Lilienthal. — **Deutsch.** Verslehre; Periodenbaulehre, geschlossen an die Lectüre; Erklär. u. Memor. von Gedichten; alle 3 Wochen ein Aufsatz; 2 St. Hr. Hilfsl. Hohendorf. — **Französisch.** Plötz Lehrbuch Curs. II. 1, 2, 3; Wiederhol. der letzten Abschn. des Curs. I.; alle 14 Tage ein Exercit.; 2 St. Hr. Gymnasiall. Oestreich. — **Religion.** Einleit. in die Religionsl.; die Lehre über Gott, Schöpfung, Erhaltung u. Regierung der Welt; über Urzustand, Sündenfall u. Erlösung; 2 St. Hr. Religionsl. Austen. — **Geschichte.** Gesch. Deutschlands bis zur neuern Zeit; 2 St. Hr. Gymnasiall. Oestreich. — **Geographie.** Deutschland; 1 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Mathematik.** Die Lehre vom Kreise u von der Gleichheit der Figuren; Proportionslehre; einfache Gleichungen mit mehren Unbek.; arithm. u. geom. Progression; Wiederhol. der früheren Pensa; alle 8—14 Tage eine schriftl. Arbeit; 3 St. Lilienthal. — **Naturbeschreibung.** Gastroe.; Botanik; 2 St. Hr. Hilfsl. Hohendorf.

Quarta.

Ordinarius: Hr. Religions- u. Gymnasiall. Austen.

Latein. Cornelius Nepos, Eumenes bis Atticus incl. (Eumenes ganz u. von den übrigen Feldherren einzelne Stücke memor.); Uebereinstimmung der Satztheile;

Gebrauch der Casus; entsprech. Beispiele aus August; Wiederhol. der Formenlehre; Memoriren von Vocabeln aus Bonnell; alle 8 Tage ein Exercit.; 8 St. Hr. Religionsl. Austen. — Phaedrus, l. 1, 2, 3; Anfangsgründe der Metrik; 2 St. Hr. Oberl. Friebe. — **Griechisch.** Jacob's Lesebuch, Curs. I. von I.—X.; Formenlehre bis zu den Verb. auf μι; alle 14 Tage eine schriftl. Arbeit; 6 St. Hr. Oberl. Dr. Laws. — **Deutsch.** Der zusammengezogene und zusammenges. Satz, geschlossen an die Lectüre; Interpunctionsl.; Declamationsüb.; alle 14 Tage eine schriftl. Arbeit; 2 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Französisch.** Plötz Lehrbuch, Curs. I. vom Artic. part. bis zum 6. Abschn.; 2 St. Hr. Oberl. Friebe. — **Religion.** Gesch. des alten Test. 115—125, des neuen Test. 75—94; von den letzten Dingen; Sittenlehre; das Kirchenjahr; 2 St. Hr. Religionsl. Austen. — **Geschichte u. Geographie.** Die Griechen bis zum Jahre 371, die Macedonier bis zu Alexander's Tode; die Geographie der Staaten Europas mit Ausnahme von Deutschland u. Preußen; 3 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Mathematik.** Planimetrie bis zur Lehre vom Kreise; entgegenges. Zahlen; Buchstabenrechnung; Potenzen; einfache Gleichungen mit Einer Unbek.; alle 8—14 Tage eine schriftl. Arbeit; 3 St. Lilienthal. — **Zeichnen.** Landschaften, Blumen, Thiere in Blei u. Kreide; 2 St. Hr. Hilfsl. Hohendorf.

Quinta.

Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer Oestreich.

Latein. Jacob's u. Döring's Lesebuch, Curs. II. Aesop. Fabeln, Mytholog. u. röm. Gesch. (ein Theil der Fabeln u. der röm. Gesch. memor.); die unregelm. u. unpersönl. Verba, Adverb., Präpos. u. Conjunct.; Wiederhol. der regelm. Formenlehre; entsprech. Uebungen aus August; Memor. von Vocabeln aus Bonnell; alle 8 Tage ein Exercit.; 10 St. Hr. Gymnasiall. Oestreich. — **Deutsch.** Der einfache Satz, geschlossen an die Lectüre; Declamationsüb.; alle 8 Tage eine schriftl. Arbeit; 2 St. Hr. Hilfsl. Hohendorf. — **Französisch.** Plötz Lehrbuch, Curs. I, 1—4., die regelm. Conjugationen; zu jeder Stunde schriftl. Uebungen; 3 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Religion.** Gesch. des alten Test. 62—114, des neuen Testam. 43—74; die Glaubenslehre; von der Heiligung bis zu Ende; die Geographie von Palästina; 3 St. Hr. Religionsl. Austen. — **Geschichte u. Geographie.** Ueberblick aus der vaterl. Geschichte; in der Geographie die vorzüglichsten Meere, Meerengen, Meerbusen, Inselgruppen, Inseln, Gebirge, Flüsse, Staaten u. Städte der ganzen Erde; 2 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Rechnen.** Der Decimalbruch; Proportionsrechnung u. Anwendung derselben auf die Rechnungen des bürgerlichen Lebens; alle 8 Tage eine schriftl. Arbeit;

4 St. Hr. Hilfsl Hohendorf. — **Naturbeschreibung.** Amphib, Pisc., Arachnod., Crustac, Verm.; 2 St. Derselbe. — **Zeichnen.** Fortsetzung des in Sexta Begonnenen; 2 St. Derselbe. — **Schreiben.** Nach Vorlegeblättern u. Vorschriften auf der Wandtafel; 3 St. Derselbe.

Sexta.

Ordinarius: Hr. Hilfslehrer Weckerle.

Latein. Jacob's u. Döring's Lesebuch bis zu den Aesop. Fabeln; Uebungen im Memoriren; die Formenlehre bis zu den unregelmäß. Verb., eingeübt an den entsprech. Beispielen aus August bis zur 16. Ueb.; Memoriren von Vocabeln; alle 8 Tage eine schriftl. Arbeit; Probearbeiten; 10 St. Hr. Oberl. Friebe. — **Deutsch.** Leseübungen; daran geschlossen die Declinat., Conjugat., Präposit.; orthogr. u. Declamationsübungen; alle 8 Tage eine schriftl. Arbeit; 2 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Religion.** Gesch. des alten Test. 1—61, des neuen Test. 1—43; die Glaubenslehre bis zur Heiligung; Gebete; 3 St Hr Religionsl. Austen. — **Geschichte u. Geographie.** Die wichtigsten Begebenheiten aus der preuß. Gesch. während der Regierungszeit der Könige; in der Geographie Eintheilung der Erdoberfläche; Lage der Erdtheile, der Hauptmeere u. der vorzüglichsten Staaten sämmtl. Erdtheile, die Provinzen u. Regierungsbezirke Preußens der Lage nach; 2 St. Hr. Hilfsl. Weckerle. — **Rechnen.** Die vier Species; einfache Regeldetrie; der gemeine Bruch; alle 8 Tage eine schriftl. Arbeit; 3 St. Derselbe. — **Naturbeschreibung.** Einleitung; Mammal. Aves, Insect.; 2 St. Hr. Hilfsl. Hohendorf. — **Zeichnen.** Der nöthige Unterricht in der Formenlehre; 2 St. Derselbe. — **Schreiben.** Nach dem prakt. Schreiblehrer von Prengel; jedoch mit einigen Abänderungen; 3 St. Hr. Hilfsl. Weckerle.

Der **Religionsunterricht** für die evangelischen Schüler wurde vom Hrn. Pfarrer Lehmann in 4 St. wöchentl. in 2 Abtheil. ertheilt: 1., Das Evangelium Johannis wurde gelesen, die beiden letzten Hauptstücke des Katechismus besprochen und die Bergpredigt wiederholentlich memorirt. 2., Es wurde die bibl. Gesch. des alten Test., sowie das zweite Hauptstück des Katechismus durchgenommen, daneben ausgewählte Kirchenlieder memorirt.

Den **Gesangunterricht** ertheilten in 3 St. wöchentl., und zwar: 1., Kirchengesänge, Motetten, Hymnen, sowie Gesänge für Männerstimmen; 2 St. Hr. Hilfsl. Weckerle; 2., Notenkenntniß, Tact- u. Treffübungen, Singen leichter Lieder; 1 St. Hr. Hilfsl. Hohendorf.

Den **Turnunterricht** ertheilte in 3 St. wöchentl. u. in besonderen Vorturnerübungen Hr. Hilfsl. Hohendorf.

Vertheilung der Stunden unter die Lehrer.

Lehrer.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Summe.
Dr. Lilienthal, Director.	2 Deut. 4 Math. 1 Physik.	2 Griech. 3 Math.	3 Math.	—	—	15
Dr. Laws, Oberlehrer, Ordin. von II.	10 Latein 6 Griech.	—	6 Griech.	—	—	22
Friebe, Oberlehrer, Ordin. von III.	—	10 Lat.	2 Lat. 2 Franz.	—	10 Lat.	24
Austen, Religions- u. Gymnasiall., Ordin. von IV.	2 Hebr. 2 Relig.	2 Relig.	8 Lat. 2 Relig.	3 Relig.	3 Relig.	22
Oestreich, Gymnasiallehrer, Ordin. von V.	2 Franz. 3 Gesch. u. Geogr.	4 Griech. 2 Franz. 2 Gesch.	—	10 Lat.	—	23
Weckerle, Hilfslehrer, Ordin. von VI.	—	1 Geogr	2 Deut. 3 Gesch. u. Geogr.	3 Franz. 2 Gesch. u. Gegor.	2 Deut. 3 Rechn. 2 Gesch. u. Geogr. 3 Schr.	23
	2 Singen. (II.–V.)					
Hohendorf, Hilfslehrer.	—	2 Deut. 2 Naturb.	2 Zeichn.	2 Deut. 4 Rechn. 2 Naturb. 2 Zeichn. 3 Schr.	2 Naturb. 2 Zeichn	24
				1 Singen. (V.–VI.)		

Lehrer.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Summe.
Lehmann, Pfarrer.	4 Religion, so daß jede Abtheilung 2 Stunden hatte.					4
Summe der Stunden in den einzelnen Classen.	34	32	32	33	28	

II. Rescripte des Königl. Provincial-Schulcollegiums zu Königsberg.

Vom 10. Juli 1858, eine Modification des Normallehrplans für das Lateinische u. Deutsche in V. u. VI. u. für die Naturbeschreibung in III. enthaltend.

Vom 13. Sept. 1858 (Berlin, 25. Aug), daß denjenigen Studirenden, welche sich dem höheren Lehramte auf der akademischen Lehranstalt zu Münster widmen, die Zeit ihres Aufenthaltes auf derselben für das akademische Triennium vollständig gerechnet werden soll.

Vom 15. Nov. 1858 (Berlin, 22. Oct.). Verordnung zur Abwehr der häufiger bei den Schülern vorkommenden Kurzsichtigkeit u. Augenschwäche.

Vom 13. Dec. 1858, das Probejahr der Schulamtscandidaten betreffende Abänderungen.

Vom 21. Jan. 1859. Es wird hinsichts der Ferien verordnet:

1., Die Osterferien dauern 14 Tage, von Mittwoch mittags in der Charwoche bis Mittwoch nach dem weißen Sonntage incl.
2., Die Pfingstferien dauern vom Sonnabende vor dem Feste einschließlich 5 Tage.
3., Die Herbstferien dauern 5 Wochen; ihr Anfang ist nicht vor dem 15. Aug. zu legen.
4., Die Weihnachtsferien, 2 Wochen umfassend, beginnen mit dem Donnerstage vor dem Feste und endigen Mittwoch nach Neujahr incl.

Außer Berechnung bleiben dabei die kirchlichen Festtage, der Geburtstag Sr. Majestät, des Königs, und ein Schulfesttag. Sogenannte Markt- und Fastnachtsferien fallen fort. — Für die außerordentlichen Fälle, bei übermäßiger Hitze oder Kälte Unterrichtsstunden ausfallen zu lassen, bleiben die nöthigen Anordnungen dem pflichtmäßigen Ermessen der Directoren überlassen. — Die Aufnahme neuer Schüler findet innerhalb der Ferien Statt; jedoch sind von den Directoren nur

diejenigen Lehrer zur Unterstützung in Anspruch zu nehmen, welche vor Ablauf der Ferien anwesend sind. — Mit Strenge ist auf das recht zeitige Eintreffen der Schüler nach den Ferien zu halten. — Eine angemessene Beschäftigung der Schüler, namentlich der untern Classen während der Ferien wird, wenn die Eltern es wünschen, angerathen; eine angemessene Remuneration für die betreff. Lehrer soll theils aus der Schulcasse, theils seitens der Eltern solcher Schüler erfolgen. — Wegen des Namens- oder Geburtstages des Directors oder eines Lehrers darf der regelmäßige Unterricht nicht ausfallen.

Vom 16. Mai 1859. Die wissenschaftliche Qualification zu dem einjährigen Militairdienste besteht vom 1. Jan. 1860 ab darin, daß ein solcher Schüler mindestens ein halbes Jahr an dem Unterrichte in Secunda, und zwar in allen Fächern theilgenommen haben muß.

Vom Hochwürdigsten Herrn Bischof von Ermland (Frauenburg, d. 4. Juni 1859), daß von den Königl. Ministerien die Begünstigung zur Zurückstellung von der Erfüllung der Militairpflicht für diejenigen jungen Leute, welche sich zum Priesterstande vorbereiten, auch auf die Jahre 1860 bis 1864 incl. verlängert worden, und zwar in der Weise, daß die Betreffenden bis zum 1. Apr. des Jahres zurückzustellen sind, in welchem sie das 26. Lebensjahr vollenden.

III. Geschenke und Unterstützungen.

Von Sr. Excellenz, dem Herrn Minister der geistl. u. s. w. Angelegenheiten, erhielt die Anstalt das „Pädagogische Archiv" von Langbein u. den 25. Bd. von Crelle's Journal für Mathematik; durch das Königl. Provincial-Schulcollegium Dr. Loers Ovidii Tristium l. quinque; vom Herrn Pfarrer Olszewski in Roggenhausen mehrere Werke (30 Bde.), namentlich Philosophie u. deutsche Literatur betreffend; vom Buchhändler Herrn Cazin in Münster Tücking's Geschichte der Deutschen; von einem hohen Wohlthäter auch in diesem Jahre 50 Thlr., von einem andern 24 Thlr. zur Unterstützung armer Schüler. Zur Privat-Schülerbibliothek (S. Programm von 1858 p. 16),

deren Bestand	5 Thlr.	7 Sgr.	3 Pf.
betrug, sind ferner eingegangen:			
Aus Sexta	2 —	5 —	2 —
— Quinta	7 —	6 —	1 —
Latus	14 Thlr.	18 Sgr.	6 Pf.

Transport	14	Thlr.	18	Sgr.	6	Pf.
Aus Quarta	2	—	1	—	6	—
— Tertia	2	—	8	—	4	—
— Secunda	2	—	25	—	„	—
Summa	21	Thlr.	23	Sgr.	4	Pf.
Ausgabe	13	—	25	—	„	—
Bestand	7	Thlr.	28	Sgr.	4	Pf.

Zur Krankencasse (S. Programm von 1858 p. 26),

deren Bestand	26	Thlr.	17	Sgr.	5	Pf.
betrug, sind ferner eingegangen	5	—	2	—	6	—
Summa	31	Thlr.	19	Sgr.	11	Pf.
Ausgabe	3	—	15	—	3	—
Bestand	28	Thlr.	4	Sgr.	8	Pf.

Das Stip. Dost-Lamprecht erhielt für das Schuljahr $18^{58}/_{59}$ der Untersecundaner Peter Funk aus Bischofsburg.

Den herzlichsten Dank den vorstehenden Wohlthätern sowohl, als auch allen denen, welche durch andere milde Gaben arme Schüler unterstützten!

IV. Chronik.

Das neue Schuljahr begann den 9. Sept. — Den 4. Aug. wurde die Anstalt bei der Schlußfeierlichkeit durch den Besuch Sr. Excellenz, des Herrn Oberpräsidenten Dr. Eichmann, beehrt; Hochderselbe nahm gleichzeitig die Localität in Betreff der beabsichtigten Erweiterung der Anstalt in Augenschein. — Das Geburtsfest Sr. Majestät, unseres theuren Königs, wurde den 15. Oct. durch Gottesdienst und eine vom Herrn Religions- u. Gymnasiallehrer Austen im Saale der Anstalt gehaltene Festrede feierlich begangen. — Herr Oberlehrer Dr. Laws, welcher in den Ferien durch einen unglücklichen Umsturz des Wagens verletzt wurde, war bis zum 28. Oct. am Unterrichte verhindert. Seine Vertretung wurde, soweit die Kräfte ausreichten, von den Collegen bereitwillig übernommen. — Im April verlor die Anstalt zwei liebe Schüler durch den Tod, den Quartaner Anton Gehrmann u. den Sextaner August Krieger. Den 5. u. 12. Mai wurden unter Betheiligung der Lehrer u. Schüler die Todtenämter für dieselben gehalten.

V. Statistische Uebersicht.

1., Am Ende des vorigen Schuljahres 18⁵⁸/₅₉ betrug die Schülerzahl 163. Im Laufe dieses Schuljahres sind neu aufgenommen 32, abgegangen 53, gestorben 2. Demnach sind jetzt 140. Davon sind in Sekunda 14, in Tertia 36, in Quarta 23, in Quinta 41, in Sexta 26.

2., Die den 14. Juli unter dem Vorsitze des Königl. Commissarius, Herrn Provincial-Schulraths Dr. Dillenburger, geprüften vier Secundaner: Jacob Jacobsohn aus Bischofsburg, Joseph Kretschmann aus Klakendorf, Hermann Macherzynski aus Krausen u. Gustav Wiebe aus Korbsdorf erhielten das Zeugniß der Reife für die Prima eines Gymnasiums.

Lilienthal.